Titulus prim⁹ de prima mundi etate.

Capitulum primum de Adam ⁊ Eua in statu innocentie. de lapsu eorum: iuxta illud psal. Homo cum in honore esset non intellexit. compatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis.

Homo cū in honore esset nō intellexit. cōparatus

est iument⁹ insipientib⁹ ⁊ similis fact⁹ est illis. ps. xlviij. Permaxime verbū ꝓphetic̄ū de ꝓmo trās gressore scz Adam ꝓuenientissime exponit̄ ꝗuis ⁊ de ꝗlibet peccatore etiam verissime intelligat̄ a deo se auertēte. In ꝗbus ꝑbis tria notant̄. ꝓrio ei⁹ excellentia qua fuit sublimat⁹: ibi. Homo cum in honore ⁊c̄. Secundo eius deficientia qua fuit depr̄auatus: ibi. non intellexit. Tercio eius miseria qua fuit condemnatus: ibi. comparatus ē iumentis.

Quantū ad pri- .§.I.

mum. Excellentia qua Adam in statu innocētie fuit honorat⁹. patz in tribus. primo quo ad animam. secūdo quo ad corpus suum. tercio quo ad rerum dominiū. Animus siquidem eius fuit sublimatus in magna gratia. in mira iusticia ⁊ in eximia noticia. Gratiā siquidem gratum facientem ex qua homo meret̄. deus ꝓtulit vtriqz parēti scilicet Ade ⁊ Eue. sicut ⁊ Augustin⁹ dicit. xij. de ciuitate dei. de angelis. ꝙ de⁹ simul erat cum eis cōdens naturā ⁊ largiens gratiaz. In hoc tamē est varia opinio ꝛm Tho. in prima parte questione xcv. articulo primo. Quidam enī dicūt ꝙ prim⁹ homo nō fuit creatus in gratia sed tamē postmodum fuit sibi collata anteqz peccasset. Alij ꝓo dicunt ꝙ fuit cōditus cū gratia. dicit̄ enī Ecclesiastes. vij. fecit deus hominē rectum. Sed ad rectitudinem primi status in qua deus fecit homines. videt̄ hoc ꝓtinere ꝙ ratio subijcebat̄ deo ⁊ ratōni vires inferiores. ⁊ anime corpus. prima autem subiectio erat causa secūde ⁊ tercie. Quādiu enī ratio manebat deo subiecta. inferiora ei subijciebātur vt dicit Augustin⁹. manifestū est autem ꝙ illa subiectio corpis ad animā ⁊ inferiorum viriuz ad ratōnem nō erat naturalis: alioquin post peccatum mansisset. ⁊ sic patz ꝙ illa subiectio qua ratio deo subdebat̄. nō erat solum ꝛm naturaz sed ꝛm supnalis gratie donū. Unde Augusti. dicit xiij. de ciuitate dei. ꝙ postq̄z p̄cepti facta est transgressio. ꝓfestim gratia deserente diuina de corporum suoz nuditate ꝓfusi sunt. Senserūt enī motum inobedientis carnis sue. tanq̄z reciprocā penam inobedientiā sue. Quātum autē ad iusticiā ꝑut scilicet est virtus generalis fuit primus homo sublimatus honore oīs virtutis. Unde Augustinus dicit in quadā omelia ⁊ habet̄ de penitentia distinctōne. ij. princeps vicioz scilicet dyabolus. cum videret Adam de limo terre ad imaginem dei factuz. pudicicia ornatum. temperantia ꝓpositum: charitate splendidum: illis inuidit oīmbusq̄z illis bonis expoliauit. Pro cui⁹ declaratōne dicit Tho. in prima parte questione. xcv. articulo tercio ꝙ rectitudo primi status hominis exigebat. vt aliqualiter omnes virtutes haberet Sed ꝓsiderandum est ꝙ virtutum quedam sunt que de sui ratōne nullam impfectionē important vt charitas et iusticia: ⁊ huiusmodi virtutes fuerunt in statu innocentie simpliciter ⁊ q̄tuz ad habitum ⁊ q̄tum ad actum. Quedam vo sunt que in sui ratōne impfectionē important vel ex parte actus vel ex parte materie. ⁊ si hmōi imperfectio nō repugnat pfectōni primi status: nihilominus huiusmodi virtutes potuerunt esse in statu innocentie. sicut fides que est eoruz que non vident̄. et spes que est eoruz que non habent̄. pfectio enim primi status nō se extendebat ad hoc vt videret deum per essentiā. neqz vt haberet deum ꝙ finalem fruitōnem et sic fides et spes poterant esse in primo statu q̄tum ad actum ⁊ q̄tum ad habitū. Si vero pfectio que est de ratōne virtutis alicuius repugnat perfectōni primi status huiusmodi virtus poterat ibi esse ꝛm habitū sed nō ꝛm actū vt patet de penitentia que est dolor de pctō commisso: et de misericordia que est dolor de miseria aliena. pfectōni autem primi status repugnat taz dolor q̄ culpa ⁊ miseria: ⁊ ideo huiusmodi virtutes erant in primo homine ꝛm habitum non ꝛm actum. Erat enī primus homo sic dispositus. vt si peccatuz ꝓcessisset doleret ⁊ si miseriam in alio videret ꝓo posse subleuaret. Quātum ad noticiam fuit homo sublimatus honore cognoscendo deum angelos ⁊ ceteras creaturas. Et deuz quidem primus homo nō vidit ꝙ essentiā ꝛm Tho. in prima parte questōne. xcuij. articulo primo. nisi forte dicat̄ ꝙ viderit euz in raptu quādo deus immisit soporem in Adam vt dicitur Genesis. ij. Huius autem ratio est scilicet ꝙ non viderit deū per essentiam quia nullus videns deum per eēntiam potest voluntate auerti a deo quod est peccare: et ꝓpter hoc omnes videntes deū per essen

tiam: dum vident sic in amore dei stabiliuntur: q ipm nō amare nō possunt cum sit summū bonum vnde nec peccare. Cū ergo Adam peccauerit pz q p essentiam nō viderit. Vidit tñ deum seu cognouit quadam lautiori cognitione q̄ nunc cognoscamus: et sic quodāmodo eius cognitio media erat inter cognitionem presentis status t cogniti tionem supne patrie. Quanto enī aliqua creatura est altior t deo similior: tanto p eam deus clarius videt: sicut homo pfectius videt p speculum in quo expressius imago ei⁹ resultat. Unde eminentius multo videt deus p intelligibiles effect⁹ q̄ p sensibiles t corporeos. Aplideratione autez plena t lucida intelligibiliū effectuuz impeditur homo in statu presenti: p hoc q distrahit a sensibilibus circa ea occupatus. Sed sicut dicit Ecclesiastes. vij. Fecit deus hominē rectū. que recti tudo diuinitus instituta fuit vt inferiora superioribus subderent: et superiora ab inferioribus nō impedirent. Unde homo primus non impediebat p res exteriores a clara et firma contemplatione intelligibilium effectuum que est ex irradiatione prime veritatis quā percipiebat siue naturali cōditione siue gratuita. Q; autem Damascenus dicit q primus homo in paradiso uersans beataz habuit vitam: et Augustinus. iiij. de ciuitate dei q erant beati primi hoīes in illo memorabilis beatitudinis loco. i. paradiso: nō est intelligenduz de illa pfecta beatitudine que in diuine essentie visione cōsistit: sed habuerunt beatam vitā sm quēdam modū naturalem. Ite quod dicit magister sententiaz in. iiij. dist. j. q videbat in statu innocētie homo deum sine medio: intelligit de medio p cuius noticiam in aliquid ignotum deuenimus: sicut est medium demonstrationis: non enī oportebat primū hominem puenire in dei cognitionē p demonstrationem sumptam ab aliquo effectu: sicut nobis est necessarium: sed simul in effectib⁹ precipue intelligibilibus deum suo modo cognoscebat: sed videbat deum p medium quoddaz in quo simul videt: quod p medium videri dicit: sicut cum homo videt p speculū t simul videt cū ipo speculo. Item anima primi hominis non poterat videre angelos p essentiaz: sed tamen excellentiorem cognitionem habebat de eis q̄ nos habamus: q; eius cognitio erat magis certa t fixa circa interiora intelligibilia q̄ cognitō nostra. Et ppter tantam eminentiam cognitōnis dicit Gregorius in. iiij. dyalogoz. q homo in paradiso assueuerat verbis dei pfrui t cum beatorum angelorum spiritibus celsitudini visionis interesse.

Habuit et primus homo scientiaz oīm que naturaliter sciri possunt: vnde et imposuit nomina animalibus vt dicit Genesis. ij. Nomina aūt debent naturis rerum congrui. Pro cuius declaratione dicit Tho. in prima pte. q. xciij. articulo. iij q res primitus a deo institute sunt non solum vt in seipsis essent: sed etiam vt essent aliox principia: et ideo pducta sunt in statu pfecto. in q̄ possent esse principia aliox: homo aūt potest esse pncipium alterius nō solum p generationem corpalem sed etiam p instructionem t gubernationem et ideo sicut primus homo institutus fuit in statu pfecto q̄ztum ad corpus vt scilicet posset generare: ita etiam fuit institutus perfect⁹ quo ad animam vt posset alios instruere t gubernare. Non aūt potest aliquis instruere nisi habeat scientiaz. et ideo primus homo sic institutus fuit a deo vt haberet omnium scientiaz in quibus natus ē homo instrui. Et hec sunt omnia illa que virtualiter insistunt in primis principijs p se notis quecūq; sciz homines naturaliter cognoscere possunt. Ad gubernationem autem vite siue et alioz: nō soluz requiritur cognitio eoz que naturaliter sciri possunt: sed etiam cognitio eoz que naturalē cognitionem excedunt eo q homo ordinatur ad quendam finem supnaturalez. sicut et nobis ad gubernationem vite nostre necessarium est cognoscere ea que sunt fidei. Unde et de his supnaturalib⁹ tantam cognitionem primus homo accepit a deo quanta necessarja erat ad gubernationē vite humane fm illum statum. Alia vo que nec naturali studio cognosci possunt nec necessaria sūt ad gubernationem vite humane: primus homo nō cognouit: sicut cogitationes hoīm futura ptingentia. et quedam singularia vt q lapilli iacent i flumine et huiusmodi. Et in scientia quidem naturalium scibilium adam non pfecisset q̄ztuz ad numerum scitorum. sed q̄ztum ad modum sciendi. quia que sciebat pri⁹ intellectualiter: sciuisset postea experimentaliter. Q̄ztum vo ad supnaturalia cognita pfecisset etiam q̄ztū ad numez p nouas reuelationes: sicut angeli pficiunt p nouas illuminationes: habuit autem primus homo scientiam omnium: et species reruz a deo menti sue infusas: et hoc solum primo homini concessuz fuit: nam alij qui ab eo pcessissent in statu innocentie: non habuissent talem scientiaz per species infusas: sed p aliorum instructionem et eorum inuestigationem. Q̄ztum vo ad corpus fuit homo in statu innocentie honore sublimatus q̄ztum ad immortalitatem: impassibilitatem: t loci amenitatem. Ante quidem peccatum homo quodāmodo erat immortalis: quia mortem non incurrisset si nō peccasset: vnde apls ad Roma. v. Per vnū hominem. s. adam peccatum intrauit in mundū t p peccatum mors. Reprobatur autez t anathematizat opinio dicentiū q etiam si non peccasset necessarium erat hominem mori: vt patet de consecratione dist. v. Placuit. Sz p huiusmodi maiori declaratione sciendum fm Tho. in prima pte questione. xcvij. articulo. j. q aliquid pōt dici incorruptibile tripliciter. Uno modo ex pte materie ex eo videlicet q vel non habet materiam sicut angelus: vel habet materiā que non est in potentia nisi ad vnam formam sicut corpus celeste. et hoc dicitur fm naturam incorruptibilez. Alio modo dicitur incorruptibile aliquid ex parte forme quia scilicet rei corruptibili per naturam inheret aliqua dispositio p quam totaliter a corruptione pphibetur. et hoc dicit incorruptibile fm gloriam. Quia vt dicit Augustinus in epistola ad

dyoscorum. tampotenti natura deus fecit animā vt eius beatitudine redundet in corpus plenitudo sanitatis ⁊ incorruptionis vigor. Tercio modo dicit aliquid incorruptibile ex pte cause efficientis: ⁊ hoc modo homo in statu innocentie fuisset incorruptibilis ⁊ immortalis. Quia vt Aug⁹. dicit in libro de questionibus noui et veteris test. Deus hominem fecit qui q̄diu non peccaret: immortalitate vigeret: vt ipse auctor esset aut ad vitam aut ad mortē. Nō eñ erat corpus eius indissolubile p aliquem immortalitatis vigorem in eo existentem: sed inerat anime vis quedam supnaturaliter diuinitus data: p quam poterat corpus ab omni corruptiōe preseruare q̄diu ipsa deo sbiecta mansisset. Adiuuabat aūt ad ipsam īmortalitatem tenendam ex esu ligni vite quod erat ī medio paradisi. Pro cuius declaratiōe dic Thomas in prima parte questione. xcvij. articulo. iiij q duo remedia habebat homo ad conseruatōnē vite in statu innocentie contra duos defect⁹. Primus eñ defectus est in homine depditio humidi p actiōem caloris naturalis qui est anime instrumentum: ⁊ contra hunc defectum subueniebatur homini p esum alior lignorum paradisi: sic nunc subuenit nobis p cibos quos sumimus. Secundus defectus est quia vt ait philosophus ī de generatione. Illud quod generat ex alimēto extraneo adiunctuz ei quod prius erat humido preexistenti: minuit virtutem actiuaz speciei sicut aqua iuncta vino conuertit quidem in saporem vini ꝑ ꝑm q magis ⁊ magis addit diminuit fortitudinē vini et tandem vinum fit aquosum. Sic igit videmus q in principio virtus actiua speciei ē ad̄o fortis: q potest conuertere de alimento non solū quod sufficiat ad restaurationem depditi: sed etiam quod sufficiat ad augmentū. Postmodū ad̄o quod generatur nō sufficit ad augmentuz: sed solum ad restaurationem depditi: tandē in statu senectutis nec ad hoc sufficit. Unde sequit ⁊ decrementum ⁊ finaliter naturalis dissolutio corporis Et contra hunc defectum subueniebatur homini per lignum vite. habebat eñ virtutem fortificandi virtutem speciei contra debilitatē aduenientē tem ex amixtione extranei. Unde Augustin⁹ dicit. xiij. de ciuitate dei q cibus aderat homini ne esuriret: potus ne sitiret. lignū vite ne vllum senecta dissolueret. et cum virtus cuiuslibet corporis sit finita: nō poterat virtus ligni vite ad hoc se extendere vt daret corpori durandi virtutem tempore infinito: sed vsq; ad determinatum tempus. Unde semel sumptum dictum lignum preseruabat a corruptione vsq; ad determinatum tempus a deo. quo finito vel homo translat⁹ fuisset ad spiritualem vitam glorie: vel indiguisset iterū sumere de ligno vite. Et sic non simpliciter sed quodā modo lignū vite causabat īmortalitatez. Habebat et homo in tali statu aliquo modo impassibilitatez. Cum enim passio dicat dupliciter. vno modo proprie: ⁊ sic dicitur pati quod a sua naturali dispositione remouetur. in rebus aūt naturalibus contraria agūt ⁊ patiuntur ad inuicem: q̄ vnum remouet alterum a sua naturali dispositione. Et hoc modo in statu innocentie erat impassibilis ⁊ ꝑm animam et ꝑm corpus. poterat eñ passionem prohibere sicut et mortem: si absq; peccato stetisset. Unde penam non sensisset caloris vel frigoris: nec alicui infirmitati subijciebatur. Alio modo sumit passio communiter ꝑm quamcunq; emutationem: etiam si ptineat ad pfectionem nature. Sicut intelligere vel sentire dicit pati q̄d dam. Et hoc secūdo modo in statu innocētie erat passibilis et patiebat et ꝑm animam ⁊ ꝑm corp⁹. Nam et intelligebat et sentiebat videndo audiēdo et huiusmodi: et dormiebat quia dormire non remouet hominem a naturali dispositōne: sed ad bonū nature ordinatur. Sz nec quando costa sepata est ab adam quando formata est eua passionem sustinuit primus homo. Nec mulieres in pariendo fuissent passe dolorem: qui in eis secut⁹ est ex peccato. Thomas in prima pte questiōe. xcvij articulo. ij. Fuissent quoq; homini in statu innocentie quedam anime passiones. Pro cui⁹ declaratione dicit Thomas in prima parte questione. xcv. articulo. ij. q omnium passionum anime que scilicet sunt in appetitu sensuali quedam ordinantur ad bonum vt amor et gaudiū ⁊ desideriū quedam ad malum: vt timor ⁊ dolor. Et q; in primo statu nullum malum aderat nec imminebat. et nullum bonum aberat quod cuperet bona voluntas pro tempore illo habendo: vt patet p Augustinum. xiij. de ciuitate dei. Omnes ille passiones que respiciunt malum in adam nō erant vt timor et dolor ⁊ huiusmodi. Similiter nec ille passiones que respiciunt bonum non habitum ⁊ habē duz vt cupiditas estuans. Ille ad̄o passiones que possunt esse boni presentis vt gaudium et amor. vel que sunt boni futuri vt suo tempore habendi vt desiderium ⁊ spes non affligens: fuerunt ī statu innocentie aliter tamen q̄ in nobis. Nam ī nobis appetitus sensualis in quo sunt passiones nō totaliter subest rationi. Unde passiones quando q̄ sunt in nobis preuenientes iudicium rationis et impedientes: quandoq; ad̄o iudicium rationis consequētes prout sensualis appetitus equaliter rationi obedit. in statu ad̄o innocentie appetit⁹ erat totaliter ratōni subiectus. Unde non erant in eo passiones anime nisi ex ratione seu rationis iudicio consequentes. Unde tunc caro nō cōcupiscebat aduersus spiritum vt nunc est. Et in esu q̄dem fructuum lignorum paradisi de quib⁹ dictū est de omni ligno quod est in padiso comede Genesis. ij. quod et fecisset cibo indigens tunc ad sui sustentationē delectationē magnā hūisset magis q̄ nunc: quia tanto delectatio sensibilis maior est quanto natura purior ⁊ corpus magis sensibile. sed concupiscibilis non ita inordinate se extulisset sup illa delectatione quia regulata p rationē. Sicut et sobrius in cibo sumpto non minorem delectationem sentit q̄ gulosus: sed minus eius concupiscibilis super huiusmodi delectatione requiescit. Thomas in prima parte questione. xcvij. articulo. ij. Actum ad̄o ad actum generatōnis

in statu innocentie. Cuius quidā antiquoꝝ doctorū ꝓsiderantes ꝓcupiscētie feditatē q̄ inuenīt i copula carnali in pñti statu posuerit q̄ in statu innocentie nō fuisset generatio p copulā carnalē. Unde et Grego. nizenus dicit q̄ fuisset multiplicatū genus humanū in paradiso sicut multiplicati sunt angeli absq; ꝓcubitu p opationē diuine ⁊tutis. Et dicit q̄ deus añ pctm̄ fecit masculū ⁊ feminā respiciens ad modū generatōis q̄ futur⁹ erat post pctm̄ cui⁹ pscius erat. Sed Tho. in. i. pte. q. xcviij. arti. ij. hoc reꝓbat p rōnē quā ibi ponit determinās generationē in illo statu innocentie fiendam p copulā. Unde ⁊ mulier dr facta i adiutoriū viri Geñ. ij. scz ad generatōnē. Sed vt ipe ait duo sunt i copula carnali ꝓsideranda fm pñtē statū. Unū qđ est nature. s. ꝓiunctio maris ⁊ femie ad generādū. in oīni generatōne exigit virtus actiua ⁊ passiua Unde cū in omnib⁹ in q̄bus est distinctio sexuū virtus actiua sit in mari passiua in femia: nature ordo exigit vt ad generandū ꝓueniat p copulā masculus ⁊ fem̄a. Aliud q̄ ꝓsiderari pōt est quedam deformitas īmoderate ꝓcupie que in statu innocentie nō fuisset: cū vires inferiores oīno rōni sb̄derent. Unde ⁊ aug. dicit. xiij. de ci. dei. Absit vt suspicemur ꝓlem nō fieri sine libidinis morbo. s. in illo statu innocētie sed eo volūtatis nutu vt moverent illa mēbra q̄ cetera. et sine ardore ⁊ illecebroso stimulo cū trāq̄llitate aie ⁊ corpis. Hec fuisset tunc ptinētia laudabilis vt nunc: q⁊ in isto tpe laudat ꝓtinētia: nō ꝓpter defectū fecunditatis: ꝫ remotionē inordinate libidinis: tūc aūt fuisset fecunditas absq; libidine. Et vt dicit aug⁹. xiij. de ciui. dei. In illo statu nulla corruptione integritatis īfunderet gremio marit⁹ vxoris. potuit. n. salua integritate feminei genitalis virile semē īmitti. Nulla ibi passio famis vel sitis anxietas. nā tpe ꝓgruo cū fuisset nature ꝓueniēs comedisset ⁊ bibisset anteq̄ fames vel sitis eū affligēt. dormisset sine aliq̄ inq̄etatione vel pturbatione somniorū terribiliū sine pena caloris vel frigoris fuiss̄ ꝓpter aerē tpatissimū: nulla infirmitate grauat⁹ fuisset. Ortū ad loci amenitatē fuit hō honore sb̄limat⁹: q⁊ et si fact⁹ i agro damasceno de limo terre fm corp⁹ tū translat⁹ extitit in paradisuz terrestrē Sed ꝓ hui⁹ paradisi declaratiōe sciendū fm Aug. viij. sup Geñ. ad lrām. tres sunt de paradiso generales snie. Una est coꝝ q̄ tm̄modo corpaliť paradisum intelligi volūt. alia coꝝ q̄ spūaliter tm̄. i. eccle siā. tercia coꝝ q̄ vtroq; mō paradisum accipiunt. quā fatet sibi placere sniam idē Aug. xiij. de ciuita. dei. Et h̄ rōnabiliter. In oībus. n. que scriptura tradit ꝓ fundamēto tenēda ē veritas historie. et desup spūales expositiones fabricande fm tho. scōa pte. q. clij. articulo. j. Est g̃ paradisus vt dic̄ Ysidorus in libro ethimologiaꝝ loc⁹ in orient̄ ptibus ꝓstitut⁹: cui⁹ vocabulū a greco i latinū vertit oꝛtus. Conuenienter aūt in parte orientali dicit situs: q⁊ credēdū est q̄ in nobilissimo loco totius terre sit ꝓstitutus. Cū aūt oriēs sit dextera celi fm phm. ij. de celo ⁊ mūdo. ⁊ dextera sit nobilior sinistra: ꝓueniens fuit vt in orientali pte paradisus instituerēt. Qđ aūt Beda dicit q̄ paradisus ptingit vsq; ad lunarē circulū: nō est verū si fm situm simpliciter intelligatur. pōt tñ exponi q̄ vsq; ad locū lunaris globi ascendit. nō fm situs eminētiā ꝫ fm similitudinē. q⁊ est ibi ppetua aeris tempies vt dicit Ysi⁹. Et in h̄ assimilat̄ celestib⁹ corporibus q̄ sunt absq; ꝓtrarietate. Et dicit Aug. super Geñ. ad literā. viij. ca. Credendū est q̄ locus paradisi a cognitione hoīm est remotissimus. Quatuor flumīa que ibi noīant̄ oriri Geñ. ij. hoꝝ fontes nati esse dicunt̄ alicubi. licet sup terras et p⁹ stratus ꝓlixarū religionū locis alijs erupisse. Naz h̄ solere nonnullas aquas facere quis ignorat? ⁊ q⁊ locus ille est seclusus a nostra hītatione impedimentis montiū vel mariū vel alicui⁹ estuose regionis q̄ transiri nō pōt ideo scriptores locoꝝ de h̄ nō faciūt mentionē. Lignū vite quod i medio erat quedā materialis arbor fuit sic dicta: q⁊ eius fructus hēbat virtutē ꝓseruandi vitā vt s̄. dictuz est. Spūaliter aūt significabat christū q̄ est sapiētia dei patris et lignū vite. puer. iij. Uel etiā sacramentū eucharistie vel bonū obedientie. Lignum ⁊ scie boni et mali fuit etiā materialis arbor sic nominata ꝓpter euentū futurum q⁊ post ei⁹ esuz homo p exprimētū pene didicit q̄d interesset inobedientie bonū et inobediētie malū. ⁊ spūaliter pōt significari libeꝝ arbitriū. Predicte aūt ⁊ alie arbores ꝓducte sunt i actu tercia die. Et vt dic̄ damas. erat paradisus diuina regia: ⁊ digna ei⁹ q̄ fm imaginē dei erat ꝓuersatio. tpato ⁊ tenuissimo et purissimo aere circūfulgēs. plantis sp floridis comatus. q̄ idē dic̄ in paradiso nullū irrōnabiliū habitat: licet ex quadā dispēsatiōe illuc aīalia fuerīt adducta ad adā q̄n eis noīa imposuit ⁊ serpēs illuc accessit p opatōnē dyaboli q̄ fm Bedā hēbat faciē virgineā. In q̄ nūc null⁹ inhītat nisi enoch ⁊ helyas vt dr. Tercio fuit adam sublimat⁹ honore dñij. Unde dns dixit Geñ. j. Faciam⁹ hoīez ⁊ē vt p̄sit piscib⁹ maris ⁊ volatilib⁹ celi ⁊ bestijs tre. Pro cui⁹ declaratiōe dic̄ Tho. j. pte. q. xcvj. ar. j. q⁊ in statu innocētie añ inobediētiā nihil repugnabat hoi qđ nāliter dz ei eē subiectū. Oia aūt aīalia nāliter sunt hoi subiecta. qđ apparet ex tribus primo ex ipo nature ꝓcessu in gñatione rez natural̄ ⁊ vsu earz. Nā de imꝑfecto ꝓcedit ad ꝑfectū vt in gñatione hoīs: pz etiā in vsu rez nāliū. Nā imꝑfectiora cedūt i vsū ꝑfectioꝝ. plāte. n. vtunt̄ terra sui nutrimēto. aīalia ⁊ plātis: hoies plātis ⁊ aīalib⁹. vñ nāliter hō dñat aīalib⁹. Scōo h̄ apparet ex ordine diuine ꝓuidētie. q̄ sp inferiora p superiora gubernat. Unde cū hō sit sup cetera aīalia q⁊ ad imaginē dei fact⁹: ꝓuenient ei⁹ gubernationi alia aīalia subdunt̄. Tercio h̄ apparet ex ꝓpriete hoīs ⁊ alioꝝ aīaliū. in alijs enī aīalib⁹ inuenit̄ fm nālē extimationē q̄dā ptcipatio ꝓudētie ad aliq̄s ꝓticulares act⁹. in hoīe aūt īuenit̄ vniuersalis ꝓudentia que est ratio omniū agibiliū. Oīne autem quod est p ptcipationez subditur ei quod est p essentiam ⁊ vniuersaliter: ⁊ sic patet q⁊ naturaliter est subiectio animaliū ad hominem: sed in obedientia eoꝝ ad hominez que nunc apparet

subsecuta est culpam inobedientie hominis ī penam eius. quia ipse inobediens fuit deo. fuisset tamen naturalis discordia inter ipsa bruta. oīa tamen subiecta fuissent dominio hominis sicut nūc aliqua domesticantur ab eo. ¶ Et sciendum fm Tho. q. ea. arti. ij. q cum dr Gen. j. de homine vt pfit vniuerse creature. intelligitur que non est d imaginem dei. Nam angelis non dominabatur: sed viribus sensitiuis suis. scz irascibili t cupiscibili que aliqualiter obediunt rationi. dominabatur anima imperando in statu innocētie. t sic animalibus brutis. viribus autem naturalibus t ipi corpori homo dominabat. non quidem imperando: sed vtendo. t sic in statu innocentie dominabatur plantis t rebus inanimatis. non per imperium vel imutatōnem ut in mutando de vna specie in aliam vel in mutando cursum corpoꝝ celestium: sed absq impedimento vtendo coꝝ auxilio. ¶ In ipso autem statu innocentie fuisset disparitas hominū. non solum quo ad sexum t etatem: sed etiam fm animam q̄tum ad iusticiam et scientiam. Non em̄ homo ex necessitate operabatur sed p liberum arbitrium ex quo habet homo quo magis vel minus applicet animum ad aliq̄d operandum vel cognoscendum. vnde quidā magis ꝓficissent in iusticia t scientia q̄ alij. Ex parte etiam corporis poterat esse disparitas. Unde et fm diuersam dispositōnem aeris t fm diuersū situm stellaꝝ alij alijs fuissent robustiores corpore vel pulcriores t maiores t melius ꝯplexionati t generati: ita tamen q in illis qui excederētur nullus esset defectus vel peccatū fm animā t corpus. ¶ Fuisset quoq t dominū vnius hominis sup alios in statu innocentie. Non enim erat talis status dignior q̄ ꝯditio angelorū. Sed inter angelos quidam alijs dominant. Unde est vn⁹ ordo dominatōnum. Sed p huius maiori declaratione sciendum fm Tho. prima parte. q. xcvj. ar. iij. q dominiū accipitur dupliciter. Uno modo fm q opponitur seruituti. Et sic dominus dicitur cui aliquis subditur seruus. t isto modo non fuisset dominiū in statu innocentie. Nam tunc aliq̄s dominat alicui seruo quando cum cui dominat ad ꝓpriam vtilitatē sui scz dominantis refert. Et tale dominiū esse non potest sine pena subiectoꝝ quod in statu innocentie non fuisset. Et de hoc intelligitur quod ait Aug. de ciuitate dei libro. xix. hominē ratōnalem ad imaginem suam factū: noluit deus nisi irratōnabili dominari non hominē homini: sed hominē pecudi. Secundo modo accipit dominiū fm quod ꝯmuniter refertur ad sbiectum qualitercūq. t sic etiam ille qui habet officium gubernandi t dirigendi liberos dominus dici potest. dominat em̄ aliquis alteri vt libero: quando dirigit ipsum ad ꝓpriū bonum eius q dirigitur vel ad bonum ꝯmune. Et tale dominium fuisset in statu innocentie hominis ad hoiem Et hoc ꝓpter duo. Primo quia homo naturalit est animal sociale. vnde homines in statu innocētie socialiter vixissent. Socialis autem vita multoꝝ esse nō pōt nisi aliquis ꝑsideret qui ad bonū ꝯmune intenderet. Scōo q si vnus hō habuisz sup aliū eminentiā scie t iusticie incōueniens fuisset nisi hoc sequeret in vtilitatē alioꝝ. Un̄ Aug. dicit. xix. de ciui. dei. q iusti nō dñandi cupiditate imperant: s officio ꝯsulendi hoc naturaliter ordo ꝑscribit ita deus hoiem ꝯdidit. ¶ Ideo autez deus hoiem in paradiso nō ꝯdidit: s in terra formatum de limo terre t aīa de nouo creata t in corpe illo infusa: cum. s. dicit q spirauit in faciē ei⁹ spiraculū vite. Sz tulit eum de⁹ t posuit in paradiso: vt dicit Gen. ij. vt t hoc gre dei imputaret t nō humane nature. fuit em̄ paradisus loc⁹ cōgruus habitatōni hūane q̄tum ad incorruptiōem primi status. Incorruptio aūt illa nō inerat homi fm naturam sed ex supnaturali dicit dono. Ibiq habitasset cū posteris quousq multiplicato humano genere de ꝓgenie in ꝓgenie. vsq ad numerū electoꝝ a deo ꝑfixū oīs simul translati fuissent ī paradisum celestē seu celū empyreū in aīa simul t corpore ad clare videndū dei essentiā. ¶ Posit⁹ aūt fuit in paradiso hō vt operaret t custodiret illum: vt dicit Gen. ij. Qđ aug. viij. sup gen ad lram dupliciter exponit. Uno mō vt referat ad deū vt deus operaret in homīe iustificādo ipm cui⁹ opatio si ab hoie cessat: ꝓtinuo obtenebrat. sic aer si cessat influentia lumis. Et vt custodiret. s. ab oi corruptione t malo. Alio mō pōt intelligi vt referatur ad hoiem vt. s. hō operaret t custodiret paradisuz. Nec tñ illa opatio eēt laboriosa sicut p⁹ pctm̄: s fuisset iocūda. ꝓpter expientiā ꝛtutis nature. Custodia etiā illa nō eēt ptra inuasores: s ad hoc vt hō sibi paradisum custodiret ne peccādo ipm amitteret.

¶ Fuissent aūt opa primi hois magis efficacia ad meredū q̄ opa nostra. Pro cui⁹ declaratōne ē sciendum fm Tho. prima pte. q quātitas meriti ex duob⁹ pōt pensari. Uno mō ex radice charitatis t gre. Et talis quātitas meriti corrūdet pmio essentiali qđ in dei fruitōne ꝯsistit. Qui em̄ ex maiori charitate aliq̄d facit: pfecti⁹ deo fruetur. Alio mō pōt pensari quātitas meriti ex quātitate opris q̄ quidē ē duplex. s. absoluta et ꝓportōnalis. Ut vidua em̄ q misit duo era minuta ī gazophilatō mun⁹ op⁹ fecit quātitate absoluta q̄ illi q magna mūera posuerūt: s q̄ntitate ꝓportōnali vidua pl⁹ fecit fm dñi sniam Luc. xj. qr magi ei⁹ facultatem supabūdabat. Utraq tñ q̄ntitas meriti qđ. s. attendit respectu opis seu laboris rñdet pmio accidētali qđ ē gaudiū de bono creato. Si igr attendat q̄ntitas meriti ex pte gre: efficatiora fuissent opa pmi hois ad meredū ī statu innocētie q̄ post pctm̄ qr gra copiosior fuisset nullo obstaculo gre in nā hūana iuuēto. Silr si ꝯsideret absoluta q̄ntitas opis: efficatiora fuissent opa ad meredū q̄a cū hō eēt maior ⁊tutis. maiora fecisset opa. Sz si ꝯsideret q̄ntitas ꝓportōnal' maior inuenit rō meriti p⁹ pctm̄ ꝓpt imbecillitatē hois. magi em̄ excedit puū op⁹ ptātez ei⁹ q cū difficultate opat illud q̄ magnū opus ptātem ei⁹ q sine difficultate operatur. Quis enim t primus homo ante peccatū ita indigeret gratia ad merendū vitam eternam sicut post: tamen post peccatuz ad plura indiget

gratia q̄ ante quia ꝛ ad peccati remissionez ꝛ ad infirmitatis sustentatōnem. De conditōnibus genitorū in statu innocentie. Vbi sciendū primo q̄ non solū masculi sed etiam femine fuissent in illo statu generate. Sic eñ natura ꝓcessisset generando sicut deus eam instituit. Sed deꝰ instituit marem et feminā in humana natura: vt habetur Genes. j. ꝛ. ij. ergo ꝛc. Pro cuiꝰ declaratōne dicit Tho. in prima parte questōne. xcix. articulo. ij. q̄ nihil eorū que ad cōplementum humane nature ptinent in statu innocentie defuisset. Sicut autez ad pfectōnem vniuersi ptinent diuersi gradus rerum: ita etiam diuersitas sexus est ad pfectōnem vniuersi humane nature. Et ideo in statu innocētie vterq̄ sexus p generationem fuisset productꝰ ꝛ videtur vt ait Tho. q̄ tot fuissent generate femine q̄ mares. Nec obstat q̄ oñe agens generat sibi simile nisi impediat ꝓpter defectum virtutis vel indispositōnem materie. In generatōne aūt vis actiua est in masculo. ꝛ sic vbi nullꝰ fuisset defectus virtutis ex parte maris ꝛ indispositō materie ex parte femine: videt q̄ mares semp debuerint generare. Respondit Tho. q̄ generatio femine non solū ꝓtingit ex defectu virtutis actiuez in dispositōne materie vt obiectum est: sed quando q̄ ex aliquo accidenti extrinseco. sicut dic̄ philosophus in libro de animalibꝰ. q̄ ventus septētrionalis coadiuuat ad generatōnem masculorū australis vero: ad generatōnem feminarū. Quā doq̄ autem ex ꝓceptōne anime ad quam defatili immutat̄ corpore ꝛ p̄cipue in statu innocētie hoc esse poterat. quando corpus erat magis subiectū anime vt scilicet ꝑm voluntatem generantis distingueret̄ sexus in ꝓle vt sic tot sint femine quot mares vt quelibet haberet vnū suum ꝛ vir vxorem vnicam. Nati autem in statu innocētie nō mox habuissent pfectam virtutem ꝛ motū membrorum. Nam ꝑm Tho. vbi supra. Oñe generatum prius est imꝑfectum q̄ ꝓficiatur. Sed pueri in statu innocentie fuissent p generatōnem ꝓducti. ꝯ a principio imperfecti fuissent in quantitate et virtute corporis. Vnde mox nati non habuissent sufficientem virtutem admouendū membra ꝑm quoslibet actus. sed ad actus puericie ꝓueniētes puta ad sugendū vbera per se ꝛ alia hmōi.

Vtrum autem pueri nati fuissent cum iusticia Dicunt quidam q̄ nō cum iusticia gratuita q̄ est principiuz merendi que dic̄ gratia gratumfaciens: sed cuz iusticia originali. quia hoc fuit quoddam donū diuinitus toti humane nature datum Et hoc apparet quia peccatū originale qđ opponitur illi iusticie dic̄ esse peccatum nature. Vnde traduc̄ a parente in posteros sicut traducta fuisset illa iusticia originalis. Sed vt dicit Tho. in prima parte questōne. c. articulo. j. Cum radix originalis iusticie in cuiꝰ rectitudine factꝰ est homo ꝓsistat in subiectōne supnaturalis ratiōis ad deum que est p gratiam gratumfacientē. necesse est dicere q̄ si pueri nati fuissent in originali iusticia. q̄ etiam nati fuissent cum gratia gratumfaciente. sicut ꝛ de primo homine dictū est q̄ fuit cuz gratia conditus. Nec tamen ꝓpter hoc fuisset gratia naturalis q̄ non fuisset transfusa per virtutē seminis: sed fuisset collata homini statim cū habuisset animā rōnalem. Sicut etiam statim q̄ corpus est dispositum infundit̄ a deo anima rationalis que tamen nō ex traduce est. Item pueri mox nati nō habuissent pfectum vsum ratōnis Ratio est ꝑm Tho. in prima parte. q. cj. art. ij. ꝗa vsus ratōnis dependet quodāmodo ex vsu virium sensitiuaꝝ. Vnde ligato sensu et ligatis viribus interioribꝰ sensitiuis homo pfectum vsum ratiōis nō habet: vt patet in dormientibꝰ ꝛ frenetic̄ Vires aūt sensitiue sunt virtutes quedam corporalium organoꝝ: ideo impeditis eaꝝ organis. necesse est q̄ actus eaꝝ impediant̄. ꝛ p consequens vsus ratōnis in pueris autē est impedimentū harum virium sensitiuaꝝ ꝓpter nimiam humiditatem cerebri. ꝛ ideo in eis nō est pfectus vsus rationis sicut nec aliorꝝ membrorum. Et ideo in statu innocentie pueri nō habuissent pfectum vsum rationis sicut habituri erant in pfecta etate. habuissent tamen perfectiorem q̄ nūc: q̄tum ad ea que ad eos ptinebant ꝑm illum statum. Item nec habuissent in illo statu pueri pfectōnem scientie sed eam ꝓcessu tempis absq̄ difficultate acquisiuissent inueniendo vel addiscendo. Est eñ naturale homini vt scientiā per sensum acquirat. habuissent tamen pueri illi sufficientē scientiam ad dirigenduz eos in operibꝰ iusticie in quibus homies dirigunt̄. ꝛ vniuersalia principia iuris quā multoplenius habuissent tūc q̄ nunc naturaliter habeamus. In illo aūt statu innocentie nati non fuissent in iusticia ꝓfirmati. Qđ sic declarat thomas in prima pte. q. c. ar. ij. Manifestū est q̄ pueri in sua naturalitate nō habuissent plus pfectionis q̄ eoꝝ parentes in statu generatōnis. parentes aūt q̄diu generassent nō fuissent i iusticia cōfirmati. Ex hoc eñ creatura rationalis in iusticia ꝓfirmatur q̄ efficit̄ beata p apertam dei visionez cui visio non pōt non inherere cum sit deus ipsa essentia bonitatis a qua nullus pōt auerti cuz nihil desideret̄ nisi sit ratōne boni. Vñ paruuli nō nati fuissent in iusticia ꝓfirmati. Et ideo si Adam nō peccasset: filij quidē ab eo nati nō ꝓtraxissent peccatuz originale qđ est causa gehenne: possent tamen ab eo geniti p alium modū fieri filij gehenne scz p liberum arbitriū peccando. vñ nō ita necessitatez non peccandi transmisissent ad posteros q̄ oīno peccare nō possent.

Quantū ad secū §. II.

dū principale sup̄ notatū. s. de efficiētia pcti q̄ dep̄uatꝰ est hō sic sublimatꝰ honore ibi cū dr̄ nō itellexit. Vtiq̄ nō intellexit hō adā ꝛ Eua. i. nō considerauit neq̄ recognouit tantam dignitatem sibi ꝓcessam beneficioꝝ a deo adherendo eius aduersario dyabolo ꝛ recedendo a domino ꝛ benefactore suo. transgrediendo eius p̄ceptum quod sibi dederat scz abstinere ab esu fructus ligni boni ꝛ mali. Neq̄ enim illa arbor de se mala extitit cuiꝰ fructuz ei dominus interdixit: sed vt homo

bene ꝺditus se exerceret in virtute obedientie. in de quesiuit vt meritū acquireret: vt ait Gregoꝛ vltimo moraliū. ꝛ. xj. q. iij. Quid ergo. Magis eñ apparet virtus obedientie cum seruaꝫ qꝺ ꝓ hibetur qꝺ de se non est malū. nisi quia ꝓhibeꝫ q̄ si aliquid ꝓhiberet de se malum. Non intel lexit vtiq; Eua deceptōnez serpentis antiqui cū dixit In quacūq; die comedetis ex eo eritis sicut dij scientes bonū ꝛ malum. existimans q̄ animo ꝓfulendi non decipiendi sibi hoc diceret. vt cōdi tionem suam dignioꝛem faceret. quasi deus eis i uidisset habere scientiā boni ꝛ mali: ꝛ ideo ꝓhi buisset esum illius fructus. Unde ꝛ apostolus di cit q̄ mulier seducta est. Et vt dicit Aug⁹. Quis illa seductio mulieris p̄cesserit peccatū operis sci licet peccati gule sumendo fructū: tamen ipsaz se ductōnem p̄cessit peccatū elatōnis. Unde Aug. dicit sup Gene. q̄ mulier verbis serpentis nō cre deret nisi iam inesset menti eius. amoꝛ ꝓprie po testatis ꝛ quedam de se superba p̄sumptio. Adā nente eñ innocentia illa nō poterat esse illa sedu ctio. quia sicut verum est bonū intellectus: ita fal sum est maluz eius. Unde intellectus eius alicui false extimatōni acquiescere nō poterat tanq̄ ve roꝛ: sed ꝓpter illam elationem perdita innocentia subintrauit falsa extimatio vt crederet veruz qꝺ ei ꝺyabolus psuadebat. ſm Thomā prima parte questiōe. xcv. ar. iiij. Non intellexit Adam qꝺ sibi fuerat a domino ꝓhibitum q̄ graue peccatū. Quis eñ non crederet verba serpentis esse vera vt mulier: tamen deuictus suasione Eue nō qui dem amoꝛe ꝓcupiscentie quia adhuc nō inerat: ſ amoꝛe cuiusdam benuolentie qua aliquando de uincit amicus vt amico seruiat in malo. Sic adā ne ꝓtristaret sociam comedit de ligno. existimās esse veniale. id est facile remittendum quod erat valde graue. Non intellexit vterq; maluz qꝺ ex transgressione coꝛum sequenduz erat scz moꝛs anime ꝛ coꝛporis in ipsis ꝛ toto humano genere. Et ideo domin⁹ dixerat. Morte moꝛiemini refe rendo se ad vtranq; mortem. Sicut eniz ꝑmanē do in innocentia sua obseruando p̄ceptum gene rando filios transfudissent in eos iusticiam origi nalem quam ꝛ ipsi habebant vt dictum est supꝛa ita transgrediendo p̄ceptum illud dominicū trās fuderunt in oñes ab eis descendētes peccatū ori ginale ſm carnalem ꝓpagatōnem. Unde non in xp̄m: quia etsi descendit ab eis ſm corpulentā substantiā: nō tamen ſm carnalem ꝓpagatōnem vt oñs alij. quod originale peccatū in q̄tum cau sa est vtriusq; mortis ꝓtrahitur ex cōceptōne ab anima cum infundit coꝛpoꝛi. nec quisq; ab eo li berari pōt nisi ꝑ gratiam mediatoꝛis. Usq; Aug. de peccato actuali ꝛ originali loquēs sic ait. Ita q; homo cum ab eo qui eū genuit alter est effect⁹ peccato alteri⁹ sine sua ꝓsentōne nō tenet obnoxi us. Et de originali immediate subdit. Traxit er go reatu homo scilicet peccati originalis q̄ vnū erat cum illo ꝛ in illo scz Adam ſm virtutez semi nalem qñ illō quod ꝓmisit admissum est. ſ. q. iiij. Jam itaq;. Idem Aug. de ꝓse.. di. iiij. sic ait. Fir missime tene ꝛ nullaten⁹ dubites. omnē hominez qui ꝓcipit ꝑ ꝓcubitum maris ꝛ femine: cum pctō oꝛiginali nasci. ꝛ ob hoc nasci filiū ire: moꝛtiq; ob noxiū nisi ꝑ gratiam mediatoꝛis libereꝫ. Usq; eti am sciendū q̄ si sola mulier peccasset ꝛ nō adam ipsa sola dānata fuisset nisi penituisset ſ ñ exinde genus humanū oꝛiginali peccato infectuz fuisset sicut fuit peccante Adam in quo erat p̄incipium actiuū generatōnis humane. Non intellexit vteq; qñ post culpā a deo fuerūt vocati dicēdo. Adam vbi es? Ideo requirebaꝫ vt ꝓfiterentur peccatū ꝛ penitendo expiareꝫ. Sed q̄ hoc ñ ege runt ſ se excusauerūt retoꝛquentes causam culpe in alterum. in deū vl serpentē: ideo eiecti sunt de paꝺiso vbi ꝓpati sunt iumentis insipientib⁹ ꝛc̄.

Quantū adter .§.III.

cium quo notaꝫ miseria qua fuit ꝓdemnat⁹ cum dicit. Compatus est iumentis ꝛc̄. Q̄ aūt ꝓpara uerit deus hoīes iumentis post peccatū. patz ex hoc qꝺ dicit Geñ. iij. q̄ fecit eis deus tunicas pel liceas ꝛ quasi insultans eis ꝑ angelū dixit. Ecce adam factus est quasi vn⁹ ex nobis. quasi diceret Voluit esse deus ꝛ factus est vt bestia: ꝛ ideo tu nicam bestialem ei facio. Et similis factus est iu mentis. primo quidē. q̄: vt dicit Eccēs. ij. Unus est interitus hoīs ꝛ iumentoꝝ ꝛ equa vtriusq; cō ditio. quia scz subditus moꝛti coꝛpali. Scōo qꝺ sicut iumenta regunt passionibus ꝓcupiscibilis et irascibilis. nō cohibentes eas ratōne qua carent: ita ꝛ hoīes similes sunt iumentis sequētes passio nes vicioꝝ nec eas ratōne regulantes quā habēt Usñ ꝛ deterioꝛis ꝓditōnis. Tercio iumenta belli gerant adinuicē ita ꝛ peccatoꝛes ꝑ ꝓcupiscentijs bonoꝝ vel voluntatū vel rerum p̄liant insimul. ſm illud Jaco. iiij. Usñ bella et lites in vobis nisi ex ꝓcupiscentijs ꝛc̄. vt patebit infra. Quarto qꝺ vt iumenta delectant uersari in locis immundis ita hoīes delectant ꝓuersari in immūdicijs et p manere in eis ſm illud Johelis. Computruerūt vt iumenta in stercoꝛe suo. Quinto qꝛ vt iumēta subdunt multis laboꝛib⁹ ꝛ fame ꝛ siti ꝛ alijs mise rijs: ita ꝛ hoīes. ſm illud Eccles. Cuncti dies ei⁹ laboꝛibus et erumnis pleni sunt nec per noctem requiescit. Et primo homini dictuz fuit. In sudo re vultus tui vesceris pane tuo Geñ. iij. Et no tandū q̄ nō solū iumētis dicit homo similis effe ctus: sed iumentis insipientibus. Cum omnia iu menta sint insipientia: tamen quia quedam eoꝝ habent quandam industriam seu quendā instinc tū ꝓudentialez vt equus respectu asini. Usñ dr ab a qꝺ ē sine ꝛ senos quod est sensus. quasi sine sensu. Et hmōi similis videt homo effectus post peccatum. Asinus siquidē animal est pigrum ad laboꝛandum: ita ꝛ homo piger ad bene agendū. Asinus communiter incedit p vias periculosas ꝛ non bonas. nec clamoꝛibus vel nutibus auertit et declinat nisi dure verberet. Nec etiam per hoc aliquando ꝑ rectam viam perducitur: sicut asina Balaam cum vrgebat calcaribus eius. Ita ꝛ ho mo post peccatum ambulat vias difficiles que ꝑ

